

M·T·CICERO:
NIS.

4488
TVSCVLANÆ.
QVÆSTIONES.

Res

2.455



OLYSIPPONE:

Apud Simonem Lopezium Typographum.
Cum facultate Sanctæ Inquisitionis,
& ordinarij.

Anno. M. D. L. XXXX V.

Zalivaria de S. Joao le 30

Podem se imprimir outra vez estes livros, mas da maneira que se imprimirão a primeira vez s. Sem anotações, & cotas, & prefacões.

F. Manoel Coelho.

VIsta a informacão podem-se imprimir os liurôs da Arte Grega, & as Tusculanas, & depois de impressos tornem a este conselho para se conferirem, & se dar licença para correrem. Em Lisboa a dezoito de Outubro de 1594; Annos.

O Bispo
Deluas,

Diogo
de Sousa,

Marcos
Teixeira,

M· T· CICERO:
NISTVSCVLÀ-
NARVMQ VÆS:
TIONVM LIBER
PRIMVS.

Ad Marcum Brutum.

DE
CONTEMNENDA
MORTE.



VVM defensionum laboribus, senatorijsq; muneribus, aut omnino, aut mago a ex parte esse aliquando liberatus, retuli me Brizte, te hortante maxime ad ea studia, quæ retenta animi remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocau. Et quum omnium artium, que ad rectam viuendi viam petteineret, ratio, & disciplina

~~et~~ disciplina

TVSCVL. QVÆST.

ciplina studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur, continaretur, hoc mihi Latinis literis illustrandum putaui. Non quia philosophia Græcis, & literis, & doctoribus percipi non posse: sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros, aut inuenisse per se sapientius quam Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora, quæ quidem digna statuissent in quibus elaborarent. Nam mores, & instituta viæ, resque domesticas, ac familiares, nos profectò, & melius tuemur, & lautius. Rem vero publicam nostri maiores certe melioribus tēperauerunt, & institutis, & legibus. Quid loquar de re militari, in qua quum virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina? Iam illa, quæ natura, non literis affequiti sunt, neque cum Græcis, neq; ylla cum gente sunt conferenda. Quæ enim tanta grauitas, quæ tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in vllis fuit, vt si cum maioribus nostris cōparanda? Doctrina Græcia nos, & omni literarū genere superabat, in quo erat facile vincere non repugnantes. Nam quum apud Græcos antiquissimum è doctis genus sit poetarum (siquidem Homerus fuit, & Hesiodus, antè Romam cōditā,

Archilo

Archilochus regnante Romulo) seriūs poetā
cam nos accepimus. Annis enim fere CCC
C X. Post Romanam conditam Liuius fabulā
dedit, C. Claudio Cæci F. M. Tuditano COS.
Anno ante natum Enniū , qui fuit maior
natū quām Plautus, & Nævius. Serò igitur à
nostris poetæ, vel cogniti, vel recepti. Quā-
quam eit in originibus, solitos esse in epulis
canere conuiuas ad tibicinem de clatorum
hominum virtutibus. Honorem tamen huic
generi non fuisse declarat oratio Catonis, in
qua obiecit, ut probum M. Nobilioſi, quod
is in provinciam poetas duxisset. Duxerat
autem COS. Ille in Ætoliam, ut scimus, En-
nium. Quo minus igitur honoris erat poe-
tis, eo minora studia fuerunt , Nec tamen si
qui magnis ingenijs in eo genere extiterunt
non satis Græcorum gloriæ responderunt.
An censemus si Fabio nobilissimo homini
laudi datum esset quod pingeret, non mul-
tos etiam apud nos futuros Polyclētos, &
Parrhasios fuisse? Honos alit artes, omnesq; z
incenduntur ad studia gloria: iacentq; ea sē
per, quæ apud quosque improbantur. Sum-
mam eruditionem Græci sitam censemus in
meruorum , vocūq; cantibus. Igitur, & Epa
minondas, princeps meo iudicio Græcia, si
dibus

T U S C U L . Q V A E S T .

dibus præclarè cecenisse dicitur. Thermisto-
clesq; aliquot antè annis cum in epulis recu-
saret lyrā , habitus est indoctior. Ergo in
G r æ c i a musici floruerunt, discebār q; id om-
nes nec, qui nesciebat, satis exultus docti-
na putabatur. In summo apud illos honore
Geometria fuit: itaq; nihil Mathematicis il-
lustrius. At nos metiendi , ratiocinandi que
utilitate, huius artis terminauimus modum.
At contra oratorem celeriter complexi su-
mus: nec eum primo eruditum, aptū tamen
ad dicendum : post autem eruditum. Nam
Galbam, **Aphricanum**, **Lælium** doctos fuisse
memoria traditum est: studiosum autē eum
qui hos ætate anteibat **Catonem**: post vero
Lepidum, **Catbone**, **Gracchos**: deinde ita
magnos nostram ad ætatem, ut non multū,
aut nihil omnino Græcis cederetur. Philoso-
phia iacuit usq; ad hanc ætatem , nec ullū
habuit lumen literarum latinarum, quæ illu-
stranda, & excitanda nobis est, ut si occupa-
ti profuitus aliquid ciuib; nostris , profi-
ciens etiam si possumus otiosi. In quo eo ma-
gis est nobis elaborandum, quod multi iam
esse libri latini dicuntur scripti inconsidera-
tè ab optimis illis quidem viris , sed non sa-
tis eruditis. Fieri autem post, ut recte quis se-
tiat,

tiat, & id quod sentit, politē elcqui non pos-
sit: sed mandare quenquam literis cogitatio-
nes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare
possit, nec delectatione aliqua alicere lecto-
rem, hominis est intemperanter abutentis,
& otio, & literis. Itaq; suos libros ipsi legūt
cum suis: nec quisquam attingit, præter eos,
qui eandem licentiam scribendi sibi permit-
ti volūt. Quare si aliquid oratoriae laudi no-
stra attulimus industria, multo studiosius
philosophiæ fontes aperiemus, è quibus etiā
illa manabant. Sed, vt Aristoteles vir sum-
mo ingenio, scientiæ copia, quū motus esset
Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœpit,
adolescentes docere, & prudentiam cum elo-
quentia iungere: sic nobis placet nec pristi-
num dicendi studium deponere, & in hac
maiore, & vberiore arte versari. Hanc enim
perfectam philosophiam semper iudicauit,
quæ de maximis questionibus copiosè pos-
set, ornatèq; dicere, in quam exercitationē
ita nos studiosè operā dedimus, vt iaq; etiā
scholas Gr̄corum more habere auderemus.
Vt nuper tuum post discessum in Tuscula-
no, quum essent complureis mecum familia-
res, tētaui, quid in eo genere possem. Vt enī
antea declamitabam causas, quod nemo me

TVSCVL. QVÆST.

diutius fecit: sic hæc mihi nunc senilis est de
clamatio. Ponere iubebam de quo quis au-
dire vellet, & id aut sedens, aut ambulās dis-
putabam. Itaque dierum quinque scholas,
ut Græci appellant, in totidem libros contu-
li. Fiebat autem ita, ut quū is qui audire vel-
let, dixisset quid sibi videretur, tum ego con-
tradicerem. Hæc est enim, ut scis vetus, &
Socratica ratio contra alterius opinionem
differendi. Nam ita facilimē quod verissimi-
limum esset, inueniri posse Socrates arbitra-
batur. Sed quō commodius disputationes
nostræ explicentur, sic eas exponam, quasi
agatur res, non quasi narretur. Ergo ita na-
ceretur exordium. Auditor. Malum mihi vide-
tur esse mors. Marcus. Iisne qui moriuntur sunt
an ijs quibus moriendum est? A. Ut risq; M.
Est igitur miserum, quoniam malum. A. Cer-
te. M. Ergo, & ij quibus euenit iam, et more
rētur, & ij, quibus euenturum est, miseri. A.
Mihi ita videtur. M. Nemo ergo non miser.
A. Proorsus nemo. M. Et quidem si tibi con-
stare vis, omnes quicunque nati sunt, erunt
ve non solum miseri, sed etiam semper mis-
ri. Nam si solos eos dices miseros, quibus
moriendum esset, neminem tu quidem eo-
rum, qui viuerent, exciperes; moriendum
enim

enim est omnibus: esset tamen miseria finis
in morte. Quoniam autem etiā mortui mi-
seri sunt, in miseriam sempiternā nascimur.
Necessē est enim miseros esse eos, qui centū
milibus annorum antē occiderunt, vel po-
tius omnes quicunqz nati sunt. A. Ita pror-
sus existimo. M. Dic quæso, nūc te illa terret
triceps apud inferos Cerbarus, Cocytī fien i-
tus, transuestio Acherontis, mento se mā
aquam attingens siti enectus Tantalus? Nū
illud quod Sisyphus versat

Saxum sudās nitendo, neque proficit hīlū?

Fortasse etiam in exorbitables iudices Minos,
& Rhadamanthus, apud quos nec te L. Cras-
sus defendet, nec M. Antonius: nec quoniam
apud Græcos iudices res agetur, poteris ad-
hibere Demosthenē. Tibi ipsi pro te eiūt ma-
xima corona causa dicēda. Hęc fortasse me
tuis, & id circo mortem censes esse sempiter-
num malum. A. Adeō ne me delirare censes,
vt ista esse credam? M. An tu hęc nō credis?
A. Minimē verò. M. Male hercule narras. A.
Cur quæso? M. Quia disertus esse possem, si
contra ista dicerē. A. Quid enim non in eius-
modi causa, aut quid negotij est, hęc poeta-
rum, & pictorum portenta convincere? M.
At qui plenisunt libri philosophorum cōtra
ista

TVSCVL. QVÆST.

ista ipsa differentium. A. Ineptè sanè quis est
enim tam excors, quem ista moueant? M. Si
ergo apud inferos miseri non sunt, ne sunt
quidem apud inferos illi. A. Ita prorsus exi-
stimo. M. Vbi sunt ergo ij, quos miseros dicis
aut quem locum incolunt? Si enim sunt, nus-
quam esse possunt. A. Ego vero nusquam es-
se illos puto. M. Igitur ne esse quidem. A. Pror-
sus ito modo, & tamen miseros ob idipsum
quidem, quia nulli sunt. M. Iam mallem Cer-
berum metueres, quam ista tā inconsideratē
diceres? A. Qui tandem? M. Quem esse ne-
gas, eundem esse dicas: vbi est acumē tuum?
Quam enim miserum esse dicas, rum eum,
qui non sic dicas esse. A. Non sum ita hebes,
ut ista dicam. M. Quid dicas igitur? A. Mis-
erum esse (verbi causa) M. Crassū, qui illas for-
tonas morte dimiserit: miserum Cn. Pompe-
iom, qui tanta gloria, dignitate tanta sit or-
batus: omnes denique miseros, qui hac luce
careant. M. Reuolueris eodē. Sint enim opor-
tet, si miseri sunt: tu autem modo negabas
eos esse, qui mortui essent. Si igitur non sunt
pibil possunt esse: ita ne miseri quidem sunt.
A. Non dico fortasse etiam quod sentio: nā
tūd ipsum, non esse quū fueris, miserrimū
puto. M. Quid miserius quam omnino nun-
quam

quam fuisse? Ita qui nondū nati sunt, quia non sunt, miseri iam sunt: & nos if si, si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus antequam nati. Ego autem non commēmīni antequām sum natus me miserum: tu si meliore memoria es, velim scire ecquid de te recordere. A. Ita iocaris, quasi ego dicam eos miseros, qui nati non sunt, & nō eos miseros, qui mortui sūt. M. Esse ergo dicas eos. A. Imō quia non sunt, quum fuerint, eos miseros esse. M. Pugnantia te loqui non vides? Quid enim tam pugnat, quam non modo miserum, sed omnino quicquā esse, qui non sit? An tu egressus Porta Capena, quū Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sopulchra vides, miseros putas illos? A. Quoniam me verbo premis, posthac non ita dicam miseros esse, sed tantum, miseros cb id ipsum, quia non sunt. M. Nō dicas igitur, miser est M. Crassus, sed tantum, miser M. Crassus. A. Ita planè. M. Quasi nō necesse sit, quicquid isto modo pronunties, id, aut esse, aut non esse. An tu Dialecticis neimbutus quidem es? In primis enim hoc traditur. Omne pronunciatum (sic enim mihi in præsētia occurrat, ut appellarem & ē iōnac: utrū post alio, si inuenio melius) id ergo est pronunciatur, quod

TVSCVL. QVÆST.

quod est verum, aut falsum. Quū igitur dicis, miser M. Crassus, aut hoc dicis, miser est M. Crassus, ut possit iudicare, verum id, falsumne sit, aut nihil dicis omnino. A. Age, iā concedo non esse miseros, qui mortui sunt: quoniam extorsisti ut faterer, qui omnino nō esēt, eos ne miseros quidē esse posse. Quid qui viuimus, quū moriendum sit, nonne miseri sumus? Quæ enim potest in vita esse iucunditas quū dies, & noctes cogitandum sit iam iamqz esse moriendum? M. Ecquid ergo intelligis quantum mali de humana conditione deieceris? A. Quoniam modo? M. Quia si mori etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam, & sempiternum malū haberemus in vita: nunc video calcem, ad quēm quū sit decursum, nihil sit præterea extimescendum. Sed tu mihi videris Epicharmi acutus, nec insulsi hominis, ut Sieuli sententiam sequi. A. Quam? Non enim noui. M. Dicam si potero Latinè: scis enim me Græce loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Græco Latinè. A. Et recte quidem, sed quæ tandem est Epicharmi ista sententia? M.

Emori nolo, sed me esse, mortuum, nihil existimo.

A. Iam

A. Iam agnosco Græcum, & quoniā coegisti
ut concederem, qui mortui essent, eos miseri-
ros non esse: perfice, si potes, ut ne morien-
dum quidem esse, miserum putem. M. Iam
istud quidem nihil negotij est, sed etiā maio-
ra molior. A. Quomodo hoc nihil negotij
est? Aut quæ tandem sunt ista maiora? M.
Quoniam si post mortem nihil est mali, ne
mors quidem est malum, cui proximū tem-
pus est post mortem, in quo mali nihil esse
concedis: ita ne moriendum quidem esse,
malum est, id est enim perueniendum esse
ad id quod non esse malum confitemur. A.
Vberius ista quæsto: haec enī spinosiora prius,
ut confitear me cogunt, quam ut assentiar.
Sed quæ sunt ea, quæ dicis te maiora molir?
M. Ut doceam, si possim, non modo malum
non esse, sed bonum etiam esse mortem. A.
Non postulo id quidem, aueo tamen audire.
Ut enim non efficias quod yis: tamen, mors,
ut malum non sit, efficies. Sed nihil te inter-
pellabo, continentem orationem audire ma-
lo. M. Quid, si te rogauero aliquid, non ne
respondebis? A. Superbi id quidem esset, sed
nisi quid necesse erit, malo ne roges. M. Ge-
ram tibi morem, & ea quæ vis, ut potero ex-
plicabo: nec tamen quasi Pythius Adpollo,

Certa,

TVSCVL. QVEST.

orta, vt sint, & fixa, quae dixero, sed vt hoc
munculus unus è multis, probabilia conie-
cta sequens. Ultra enim quo progrediar,
quam ut veresimilia videam non habeo. Cet-
ta dicent ij, qui & percipi ea posse dicunt, &
se sapientes esse profitentur. A. Tu, ut vide-
tur, nos ad audiendū patati sumus. M. Mors
igitur ipsa (quæ videtur notissima res esse)
quid sit, primum est videndum. Sunt enim,
qui discessū animi à corpore putēt esse mo-
rē: sūc qui nullū cēscat fieri discessū, sed vna
animum, & corpus occidere, animumqz in
corpo: extingui. Qui discedere animum cē-
sent, alij statim dissipari, alij diu permanere.
alij séper. Quid sit porrò ipse aninus, aut
vbi, aut unde magna dissensio est. Alijs cor
ipsum aninus videtur, ex quo Excordes,
Vecordes, Concordesqz dicuntur, & Nasica
ille prudēs bis COS. Corculum, &c.

Egregiè cordatus homo Catus Aeli⁹ Sextus
Empedocles autem animum esse censer coe-
di suffusum sanguinem. Alijs pars quædam
cerebri visā est animi principatū tenere. Alijs
ne cor ipsum placet, nec cerebri quandam
partem esse animum, sed alij in corde, alij in
cerebro dixerunt animi esse sedem, & locū.
Animum autem alij animam, ut ferè nostri
decla-

declarant, nominari. Nam, & agere animati
& efflare dicimus & animatos, & bene ani-
matos, & ex animi sententia. Ipse autem ani-
mus ab anima dictus est. Zenoni Stoico ani-
mus ignis videtur. Sed haec quidem, que di-
xit, cor, cerebrum, animam, ignem, vulgo re-
liqua ferē singuli, ut multi antē veteres pro-
ximē autem Aristoxenus musicus, idemque
philosophus ipsius corporis intentionē quā
dam velut in cantu, & fidibus, que harmo-
nia dicitur, sic ex corporis totius natura, &
figura variis motus cieri, tanquam in cantu
sonos. Hic ab artificio suo non recessit, & ta-
men dixit aliquid, quod ipsum quale esset,
erat multō ante dictum, & explanatum a Pla-
tone. Xenocrates animi figurā, & quasi cor-
pus negauit esse: verū numerum dixit esse
cuius vis (ut iā ante Pythagorae visum erat)
in natura maxima esset. Eius doctor Plato
triplicem fixit animam: cuius principatū,
id est, rationem in capite sicut in arce posuit
& duas partes separare voluit, iram, & cu-
piditatem, quas locis disclusit: iram in peccato-
re, cupiditatem subter praecordia locauit. Di-
caearchus autem in eo sermone, quem Co-
rinthi habitum tribus libris exponit docto-
rum hominum disputantium, primo libro
mul-

T V S C V L. Q V Æ S T.

multos loquentes facit, duobus Pherecratē
quendam Phthiotam senem, quē ait à Deu-
calione ortum, disserentem inducit, nihil es-
se omnino animum, & hoc esse nomen to-
tum inane, frustraq; & animalia, & animan-
tes appellari, neque in homine inesse animū
vel animam, nec in bestia, vimq; omnem eā
qua, vel agamus quid, vel sentiamus in om-
nibus corporibus viuis æquabiliter esse fusā
nec separabilem à corpore esse, quippe quæ
nulla sit: nec sit quicquam, nisi corpus vnum
& simplex, ita figuratum, ut temperatione
naturæ vigeat, & sentiat. Aristoteles longè
omnibus (Platonem semper excipio) præstas
& iagenio, & diligentia, quum quatuor illa
genera principiorum esse complexus, è qui-
bus omnia oriuntur, quintam quandam na-
turam censem esse, e qua sic mens. Cogitare
enim, & prouidere, & discere, & docere, &
inuenire aliquid, & rā multa alia, meminiſ-
ſe, amare, odiſſe, cupere, timere, angi, lœtari,
hæc, & similia eorum in horum quatuor ge-
nerum nullo inesse putat. Quintum genus
adhibet, vacans nomine, & sic ipsum animū
Ἴ Ρ Τ Σ Λ Ε Χ Ι Χ Υ appellat nouo nomine, quasi co-
tinuatam quandam motionem, & perenē.
Nisi que me forte fugiunt, hæc sunt fere om-
nium

nium de animo sententiae. Democritū enim
magnum illum quidem vitum, sed levibus,
& rotundis corpusculis efficientem animū,
concursu quodam fortuito, ommitramus.
Nihil etsi enim apud istos, quod non atomō-
rum turba conficiat. Harum sententiarum,
quæ vera sit, Deus aliquis viderit: quæ veris
millima, magna questio est. Utrum igitur in
ter has sententias dijudicare malumus, an ad
propositum redire? A. Cuperē equidē utrum
que si posset, sed est difficile confundere.
Quare si, ut ista non differatur, liberari mot-
ris metu possumus, id agamus: si id non po-
test, nisi hac questione animotuum explicata:
nunc si videtur, hoc illud alias. M. Quod
malle te intelligo, id puto esse commodius.
Efficiet enim ratio, ut quæcumq; vera sit ea-
rum sententiatum, quas exposuit, mors, aut
malum non sit, aut sit bonum potius. Nam
si cor, aut sanguis, aut cerebrum est animus:
certè, quoniam est corpus, interibit cum telo
quo corpore: si anima est, fortasse dissipabi-
tur: si ignis, extinguetur: si est Aristoxeni haec
monia, dissoluetur. Quid de Dicæarcho di-
cam, qui nihil omnina animum dicat esse?
His sententijs omnibus nihil post mortem
pertinere ad quenquam potest. Pariter enim

TVSCVL. QVÆ ST.

Cum vita sensus amittitur. Non sentientis au-
tem nihil est ullam in partem quod intersit.
Reliquorum sententiae spem afferunt (si te for-
tè hoc delectat) posse animos, quum è corpo-
ribus excesserint, in cœlum, quasi in domici-
lium suum peruenire. A. Me vero delectat,
idq; primum ita esse velim: deinde etiam si
non sit, mihi tamen persuaderi velim. M.
Quid tibi ergo opera nostra opus est? Num
eloquentia Platonem superare possumus?
Euolue diligenter eius cum librum, qui est
de animo, amplius quod desideres, nihil erit.
A. Feci me hercule, & quidem sèpius, sed
nescio quomodo dum lego, assentior: quum
posui librum, & tecum ipse de immortaliti-
tate animorū coepi cogitare, assensio illa om-
nis elabitur. M. Quid hoc? Dásne, aut mane-
re animos post mortem, aut morte ipsa inte-
rire? A. Do vero. M. Quid si maneat? A. Bea-
tos esse concedo. M. Si intereant? A. Non es-
se miseros, quoniā ne sint quidē. Iam isthuc
coacti à te paulò antè concessimus. M. Quo
modo igitur, aut cur mortem malum tibi vi-
deri dicis, quæ aut beatos nos efficiet, ani-
mis manentibus, aut non miseros, sensu carē-
tes? A. Expone igitur, nisi molestum est, pri-
mum, si potes, animos remanere post morte:

tum

tum si minus id obtinebis (est enim arduū)
 decebis carere omni malo mortē. Ego enim
 iſthuc ipsum veteor, ne malum sit, non dico
 carere sensu, sed casendū esse. M. Autoribus
 quidem ad istam sententiam, quam vis obti-
 nere, ut optimis possumus, quod in omni-
 bus causis, & debet, & soleat valere plurimū.
 Et primum quidem omni antiquitate, quæ
 quo proprieſ aberat ab ortu, & divina pro-
 genie, hoc melius ea fortasse, quæ erant vera
 cernebat. Itaq; vnū illud etat insicū pris-
 cis illis, quos Cascos appellat Ennius, else in
 morte sensū, neq; excessu vita sic deleri ho-
 minem, ut funditus interiret, idq; cū mul-
 tis alijs rebus, tum ē pontificio iure, & ceri-
 monijs sepulchrorū intelligilicer, quas ma-
 ximiſ ingenij p̄diti nec tāta cura coluiſ-
 ſent, nec violatas tam inexpi bili religione
 sanxifſent, niſi hæſiſſet in eorum mentibus,
 mortem non interitum else omnia tollentē,
 atque delentem, ſed quandam quaſi migra-
 tionem, commutationemq; vitæ, quæ in cla-
 ris viris, & foeminiſ dux in cœlum ſoleret el-
 ſe, in cæteris homi retineretur, & permane-
 ret tamen. Ex hoc, & noſtrorum opinione

Romulus in cœlo cu n Dijs agit auum,
ut famaſſetiēs, dixit Ennius, & anūd Cræ-

TVSCVL. QVÆST.

cos, indeq; per lapsus ad nos, & vñsq; ad Oceānum hercules tantus, & tam præsens habetur Deus. Hinc Liber Deus Semele natus: eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modo adiutores in prælijs victoriæ Pop. Rom. Sed etiam nuntij frassæ perhibentur. Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis, Mutata habetur à nostris? Quid totum prope cœlum, ne plures persequar, nonne humano genere complectum est? Si vero scrutari vetera, & ex his ea, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruerre coner, ipsi illi maiorum gentium Dij, qui habentur, hinc à nobis profecti in cœlum recuperantur. Quare, quorum demonstrantur sepulchra in Græcia, reminiscere (quoniam es initiatus) quæ tradantur mysterijs: tum deinde quám hoc latè pateat intelliges. Sed qui non dum ea quæ multis post annis tractari cœpissent, Physica didicissent, tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognouerat, rationes, & causas rerum nō tenebant. Visis quibusdam sæpe mouebantur, hisque maxime nocturnis, ut viderentur hi qui vita excesserant, viuere. Ut porro firmissimum hoc afferri videtur cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo

mo omnium tam sit immanis, cuius mente
non imbuerit Deorum opinio. Multi de dijs
praua sentiunt (id enim vitorio more effici
solet) omnes tamen esse vim, & naturam di-
uinam arbitrantur , Nec vero id collocutio
hominum, aut consensus efficit: non institu-
tis opinio est confirmata, non legibus. Om-
ni autem in re consensio omnium gentium
lex naturae putanda est. Quis est igitur, qui
suorum mortem primū non eō lugeat, quod
eos orbatos vitæ commodis arbitretur? Tol-
le hāc opinionem, luctum sustuleris. Nemo
enim mœret suo incommodo: dolent fortas-
se, & anguntur. Sed illa lugubris lamentatio
fletusqz mœrens ex eo est, quod eum, quem
dileximus, vitæ cōmodis priuatum arbitra-
mur, id qz sentire. Atqz hāc ita sentimus na-
tura duce, nulla ratione, nullaque doctrina.
Maximum vero argumentum est, naturam
ipsam de immortalitate animorum tacitam
iudicare, quod omnibus curæ sunt, & maxi-
mè quidem , quæ post mortem futura sint.
Serit arbores, quæ alteri seculo prosint (vt ait
Statius in Synephebis) quid spectans, nisi
etiam postera sœcula ad se pertinere? Ergo ar-
bores seret diligens agricula , quarum aspi-
ciet Babcam ipse nunquam. Vir magnus le-

TUSCVL. QVÆST.

ges, instituta, Rempublicam conseret. Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testamenterorum diligentia, quid ipsa sepulchrum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Quid illud, num dubitas, quin specimen naturæ capi debeat ex optima quaque natura? Quæ est igitur melior in hominum genere natura, quam eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur? Abiit ad Deos Hercules: nunquā abiisset, nisi quā inter homines esset, eam sibi viam munivisset. Vetera iam ista, & religione omnium cōsecrata. Quid in hac Republica tot, tantes qz viros ob Rempublicam imperfectos cogitasse arbitramur? Iisdemnē ut finibus nomē suū, quibus vita terminaretur? Nemo vñquā sine magna spe immortalitatis se pro patria offerrer ad mortem. Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ, licuit (ne, & vetera, & externa quarā) mihi. Sed nescio quo modo inhæret in mentibus quasi seculorū quoddam augurium futuron, idqz in maioris ingebijs, altissimisqz animis, & existit maximè, & appetit facilime. Quo quidē dēmpto, quis tam est amēs, qui semper in labo-

Iaboribus, & periculis viueret? Loquor de principib⁹? Qui poētæ, nonne post mortem nobilitari volunt? Vnde ergo illud?

Aspicite o cives senis Ennij in magnis formam.

Hic ustrum panxit maxima fæta patru.
Mercedem glorie flagitat ab ijs, quorum pa-
tres effecerat gloria. *Idem qz,*

*Nemo me lachrymis decoreret, nec funera
fletu.*

Faxit. Cur? Voltio viuus per ora virūm.
Sed quid poetæ? Opifices post mortem no-
bilitari volunt. Quid enim Phidas sui simi-
lem speciē inclusit in clypeo Mineruæ, qui
inscribere non liceret? Quid nostri philo-
phi? Nonne in his ipsis libris, quos scribunt
de contemnenda gloria, sua nomina inscri-
bunt? Quod si omnium consensus naturæ
vox est, omnesqz qui ubique sunt, consen-
tiunt esse aliquid, quod ad eos pertineat, qui
in vita cesserint: nobis quoque idem existimā-
dum est. Et si quorum, aut ingenio, aut virtu-
te animus excellit, eos arbitramur (quia natu-
ra optima snt) cernere naturæ vim maximē:
veresimile est, quum optimus quisque maxi-
mè posteritati seruiat, esse aliquis, cuius is
post mortem sensum sit habiturus. Sed, ut
deos

TVSCVL. QVÆST.

Deos esse natura opinamur, qualesq; sint ratione cognoscimus sic permanere animos arbitramur, consensu omnium nationum. Quæ in sede maneant, qualesq; sint, ratione descendunt est, cuius ignoratio finxit inferos, easq; formidines, quas tu contemnerè non sine causa videbare. In terram enim cadentibus corporibus, hisq; humo rectis, ex quo di etum est Humani, sub terra cœlabant reliquæ vitam agi mortuorum, quam eorum opinio nem magni errores consecuti sunt, quos auferunt poete. Frequens enim consensus theatri, in quo sunt mulierculæ, & pueri, mouetur audiens tam grande carmen,

Adsum, atque aduenio Acheronte vix via alta, atque ardua, per speluncas Jaxis strigulas asperis, pend. n

zibus Maximis, ubi rigida constat crassa caligo inferum. Tantumq; valuit error, qui mihi quidem iā sublatus videtur ut corpora cremata quū: sc̄i tēt tamē ea fieri apud inferos fingeret, quæ sine corporibus nec fieri possent, nec intelligi. Animos enim per se ipsos viuentes non poterant mente complecti, formam aliquā figurāq; quarebat: inde Homerī tota verū: inde

Inde ea, qua meus amicus Appius v^en^ergom^a
v^eta faciebat: inde in vicinia nostra Auerni
lacus,

Vnde animæ excitantur obscura c^umbræ,
aperto ostio

Alti Acherontis, falso sanguine imagines
mortuorum.

Has tamē imagines loqui volūt, quod fieri,
nec sine lingua, nec sine palato, nec sine fau-
ciū, laterūne, & pulmonū vi, & figura poter-
st. Nihil enī animo videre poterāt, ad oculos
omnia referebant. Magni autē est ingenij, re-
uocare mentem à sensibus, & cogitationē à
consuetudine abducere. Itaque credo equi-
dem etiā alios tot sœculis disputasse de ani-
mis, sed quod literis extet, Pherecides Syrus
primū dixit animos hominum esse sempī-
ter nos, antiquus sane: fuit enim nō eo regnan-
te gentili. Hanc opinionem discipulus eius
Pythagoras maximē cōfirmauit, qui quum
superbo regnante in Italiam venisset, tenuit
magnam illam Graciam cūm honore, & dis-
ciplina, tum etiam autoritate: multaq^z sœcu-
la postea sic viguit Pythagoreorum nomen,
ut nulli alij docti viderentur. Sed redeo ad
antiquos. Rationē illi sententia^z suæ non fe-
rè reddebat nisi quid erat numeris, aut des-
criptio-

T VSCVL. QVÆST:

criptionibus explicandum. Platonem ferunt; ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisset, & in ea cum aliis multis, cum Archytam, Timæumq; cognouisse, & didicisse Pythagorea omnia, primumq; de animorū eternitate non solum sensisse idem quod Pythagoras, sed rationem etiam attulisse, quam (nisi quid dicis) prætermittamus, & hanc totā spem immortalitatis relinquamus. A. An tu, quum me in summam expectationem adduxeris, deseris? Errare me hercule malo cum Platone (quem tu quanti facias, scio, & quē ex tuo ore admiror) quam cum istis vere sensite. M. Magis virtute: ego enim ipse cum eodem ipso nō inuitus errauerī. Nū igitur dubitamus, an sicut pleraq; sic & hoc? quāquā hoc quidē minime. Persuadet enim Mathematici terram in medio mundi sitam ad vniuersi cœli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant. Eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, ut quasi partita habeant inter se, & diuisa momenta: terrena, & humida suopte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram, & in mare fetantur: reliquæ duo partes, una ignea, altera animalis, ut illæ superiores in medium locū mundi gravitate ferantur.

& pondere, sic hæ suisum rectis lineis in co-
lestem locum subvolent, siue ipsa natura su-
periora appetente, siue quod à grauioribus
leuiora natura repellantur. Quæ quum con-
stent, perspicuum debet esse, animos quum
è corpore excesserint, siue illi sint animales,
id est spirabiles, siue ignei, in sublime ferri. Si
vero, aut numerus quidam sit animus (quod
subtiliter magis, quam dilucide dicitur) aut
quinta illa, non nominata magis, quam non
intellecta natura, multo etiam integriora, ac
puriora sunt ut à terra longissime se efferant.
Horum igitur aliquid animus est, ne tam ve-
geta mens, aut in corde, cerebrove, aut in
Empedocleo sanguine demersa iaceat. Dic
archum vero cum Aristoxeno æquali, & cō-
discipulo suo, doctos sane homines, ommit
tam, quorum alter ne condoluisse quidē
vnquam videtur, qui animum se habere nō
sentiat, alter ita delectatur suis cantibus, vt
eos etiam ad hæc transferre conetur. Harmo-
niam autem ex interuallis sonotū nosse pos-
sumus, quoru varia compeditio harmonias
etiam efficit plores. Membrorum verò situs,
& figura corporis vacans animo, quam pos-
sit harmoniam efficere non video. Sed hic
quidē qnanujs eruditus sit, sicut est hæc ma-
gistro

TVSCVL. QVÆST.

gistro cōcedat Aristoteli: canere ipse doceat.
Bene enim illo proverbio Græcorum p̄cipitur.

*Quam quisque norit artem, in hac se exer-
cet.*

Illam vero funditus eijciamus indiuiduorū
corporum leuium, & rotundorum concur-
sionem fortuitam, quam tamen Democri-
tus concalēfactam, & spirabilem, id est ani-
malem esse voluit. Is autem animus, qui si
est horū quatuor generum, ex quibus om-
nia constare dicuntur, ex inflammata anima
constat, ut potissimum videtur Panætio, su-
periora capessat necesse est. Nihil enim ha-
bent hæc duo genera proni, & supera sem-
per petunt. Ita, siue dissipantur procul à ter-
ris, id euénit: siue permanent, & conseruant
habitum suum, hoc etiam magis necesse est
ferantur ad cœlum, & ab his perrumpantur,
& diuidatur Crasus hic, & cōcretus aer, qui
est terræ proximus. Calidior est enim, vel po-
tius ardentior animus, quam est hic aer, quo
modo dixit Crassum, atq; cōcretum: quod
ex eo sciri potest, quia corpora nostra terre-
no principiorum genere confecta, ardore ani-
mi concalescunt, Accedit ut eo facilius ani-
mus evadat ex hoc aere, quem s̄æpe iam ap-

pello

pello Crassum, eumq; pertrumpat, quod nihil est in animo velocius, nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere. Qui si permanet in corruptus, suiq; similis, necesse est ita feratur, ut penetret, & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres ventiq; coguntur: quod, & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. Quam regionem quum superauit: animus, naturamq; sui similem cōtingit, & aguouit, iunctus ex anima tenuit, & ex ardore solis temperato, ignibus insistit, & finem altius se efferendi facit. Quum enim sui similem, & leuitatē, & calorē adeptus est, tanquā partibus exanimatus, pōderib⁹ nullā in partē mouetur, Eaq; ei demū naturalis est sedes, quū ad sui similē penetrauit, in quo nulla re egēs aletur, & sustentabirur ijsdem rebus, quibus astra sustentantur, & aluntur. Quumq; corporis facibus inflamari soleamus ad omnes fere cupiditates, eoq; magis incendi, quod ijs amulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus: profecto beati erimus, quem corporibus relictis, & cupiditatum, & amulationum erimus expertes. Quodq; nunc facimus, quum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus, & visere, id multatum facie-

T V S C V L . Q V Æ S T .

ciemus libetius, totosqz nos in contemplan-
dis rebus, perspeciendisqz ponemus : propte-
rea quod , & natura in eis mentibus nostris
insatiabilis quædam cupiditas veri videndi,
& oræ ipsæ locorum illorum quo perueneri-
mus, quò faciliorem nobis cognitionem re-
rum cœlestium, eo maiorem cognoscenti cu-
piditatem dabunt . Hæc enim pulchritudo
etiam in terris patriam illam & auitam(vt
ait Teophrastus) philosophiam cognitionis
cupiditate incensam excitavit. Præcipue ve-
ro fruentur ea, qui tum etiam, quum has ter-
ras incolentes circumfusi erant caligine, ta-
men acie mentis dispicere cupiebant. Ere-
nim sic nunc aliquid assequi se putant, qui
ostium Ponti viderunt, & eas angustias, per
quas penetrauit ea, quæ est nominata.

*Argo, quia Argui in ea d. lelli viri
Veltri, patebant pelle inauratam arietis
aut ij, qui-*

Oceani freta illa viderunt

*Europam, Lybiamque rapax ubi diuidit
onda.*

Quod tandem spectaculum fore putamus,
quum totam terram contueri licebit, eiusqz
cum situm, formam, circumscriptionem, tum,
& habitabiles regiones, & rursum omni cul-

tu propter vim frigoris, aut caloris vacates? Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus. Neq; enim est ullus sensus in corpore: sed, ut non solum physici docent, verum etiam medici, qui ista aperta, & patefacta viderunt, viæ quasi quadam sunt ad oculos, ad narres, ad aures à sede animi perforatæ. Itaq; saepe: aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis, atq; integris & oculis, & auribus, nec videmus, nec audi mus, vt facile intelligi possit animum, & videre, & audire, non eas partes, quæ quasi fenes træ sunt animi, quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat, & adsit. Quid, quod eadem mente res dissimillimas comprehendendimus, vt colorem, saporem, calorē, odorem, sonum, quæ nunquam quinq; nūtijs animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, & is omnium iudex solus esset? Atq; ea perfectio tam multo puriora, & dilucidiora cernentur, quum quo natura fert, liber animus peruenierit. Nam nunc quidem quadquam foramina illa, quæ patent ad animalm à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est, tamen terrenis, concretisq; corporibus sunt intersepta quodam modo. Quum autem nihil erit præter animalm, nullaz es

TVSCVL. QVÆST.

Ia res obiecta impediet, quo minus percipiatur quale quidque sit. Quanuis copiosè hæc dicemus, si res postularet, quā multa, quām varia spectacula animus in locis cœlestibus esset habiturus. Quæ quidem cogitans, soleo s̄epe mirari non nullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitione admirantur, eiusq; inuentori, & principi gratias exultantes agunt, eumq; venerantur, ut Deum liberatos enim se per eum dicunt grauissimis dominis, terrore sempiterno, & diurno, ac nocturno metu. Quo terrore? Quo metu? Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista, quæ vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis?

Acherontia templa, alta orti pallida

Leti, o bnubila, obfit a tenebris loca.

Non pudet philosophū in eo gloriari, quod hæc non timeat, & quod falsa esse cognoverit? Ex quo intelligi potest, quām acutæ naturæ sint, qui hæc sine doctrina credituri fuerint. Preclarum autem nescio quid adepti sunt, qui didicerunt, sed quum tempus venisset mortis, totos esse perituros. Quod, ut ita sit (nihil enim pugno) quid habet ista res, aut lætabile, aut gloriosum? Nec tamen mihi sane quicquam occurrit, cur nō Pythagoræ sit,

fit, & Platonis vera sententia. Ut enim rationem nullam Plato afferret (vide quid homini tribuam) ipsa autoritate me frangeret: tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur. Sed plurimi contra nituntur, animosq; quasi capite damnos morte mulcent: neq; aliud est quicquā, cur incredibilis his animorum videatur eternitas, nisi quod nequeunt, qualis animus sit esse vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere. Quisi vero intelligant, qualis sit in ipso corpore, quae confirmatio, quae magnitudo, qui locus: ut si iam possent in homine uno cerni omnia, quae nunc tecta sunt, casurisne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat acie. Hęc reputent isti, qui negant animum sine corpore se intelligere posse, videbunt quem in ipso corpore intelligant. Mihi quidem naturam animi intuēti multò difficilior occurrit cogitatio, multoq; obscurior, qualis animus in corpore sit tāquā alienę domui quā qualis quū exierit, & in liberū cēlū quasi in dominū suā venerit. Si enim quod nunquā vidiimus, id quale sit intelligere non possumus, certe, & Deum ipsum, & diuinum animum corpore liberatum: cogitatione cōplecti non possumus. Dicx archus quidem & Aristoteles

TVSCVL. QVIÆST.

nus, quia difficilis erat animi, quid, aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt. Et illud quidem, vel maximum, animo ipso animum videre: & nimis sum hanc habet vim præceptum Appolinis, quo monet, ut se quisque noscat. Non enim credo id præcipit, ut membra nostra, aut statuam, figuramque noscamus, neque nos corpora sumus, neque ego tibi huc dicens, corpori tuo dico. Quum igitur nosce te, dixit, hoc dixit, nosce animum tuum. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur a te. Hunc igitur nosse, nisi diuinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi præceptum, sic ut tributum Deo sit, hoc est, se ipsum posse cognoscere. Sed si qualis sit animus, ipse animus nesciat, dic quæso, ne esse quidem se sciens, ne moueri quidem se? Ex quo illa ratio nata est Platonis, quæ a Socrate est in Phædro explicata, a me autem posita est in sexto libro de republica. Quod semper mouetur, id aeternum est: quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitur aliunde quando finem habet motus, vivendi quoque finem habeat necesse est. Solum igitur, quod se ipsum mouet, quia nunquam

Quam diseritur à se, nunquā ne moueri quidem desinet. quin etiam ceteris, quæ mouetur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principij autem nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia. Ipsum autem nulla ex re alia nasci potest: nec enim esset id principium, quod gignetur aliunde. Quod si nunquam oritur, nec occidit quidem unquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renasceretur, nec à se aliud creabit: siquidem necesse est à principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principiū ex eo sit, quod ipsū à se mouet. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cœlum, omnisque natura consistat necesse est, nec vim ullam vanciscatur, qua primo impulsu moueatur. Quum pateat igitur æternum id esse, quod se ipsum moueat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? In animum est enim omne quod pulsū agitatur externo. Quod autem est animum, id motu cietur, & interiore, & suo, nam hæc est propria natura animi, atque vis. Quæ si est vna ex omnibus, quæ se ipsam semper moueat, neque natu certè est, & æterna est. Licet occurant pleniori omnes philosophi (sic enim iij, qui à Platonе, & Socrate, & ab ea familia dissidēt, ap-

pellandi videntur) non modo nihil vñquam
tam eleganter explicabunt: sed ne hoc qui-
dem ipsum, quām subtiliter conclusum sit,
intelligent. Sentit igitur animus se moueri:
quod quum sentit, ilud vna sentit, se vi sua:
nō aliena moueri, nec accidere posse, vt ipse
vñquam á se deseratur. Ex quo efficitur ater-
nitas, nisi quid habes ad hæc. A. Ego vero fa-
cile sum passus, ne in mentem quidem mihi
aliquid contra venire, ita isti faueo senten-
tiæ. M. Quid illa tandem, num leuiora cen-
ses, quæ declarant, inesse in animis hominū
diuina quædam? Quæ si cernerem quemadmodū
interirent, viderem. Nam sanguinē, bilem,
petuitam, ossa, neruos, venas, omnem deni-
que membrorum, & rotius corporis figurā
videor posse dicere. Vnde concreta, & quo-
modo facta sint. Per animum ipsum, si nihil
esset in eo nisi id, vt per eum viueremus, tā
natura putarem hominis vitam sustentati,
quām vitæ, quām arboris: hæc enim etiam
dicimus viuere. Item si nihil haberet ani-
mus hominis, nisi vt appeteret, aut fugeret,
id quoque esset ei commune cum bestijs.
Habet prius mēmoriam, & eam infinitam re-
sum innumerabilem: quam quidem Plato

recor-

recordationem esse vult superioris vitæ. Nā
in illo libro, qui inscribitur Memnon, pusi-
nem quendam Socrates interrogat quædā
geometricade dimēsione quadrat. Ad ea sic
ille respondet, vt puer, & tamen ita faciles in
terrogationes sunt, vt gradatim respondens
eo perueniat, quasi geometrica didicisset.
Ex quo efficit vult Socrates, vt discere nihil
aliud sit, quām recordari. Quem locum mul-
to etiam accuratius explicat in eo sermone,
quem habuit eo ipso die, quo excessit ē vi-
ta. Docet enim quenvis, qui omnini rerū
rudis esse videatur, bene interroganti respon-
dentem declarare se non tum illa discere, sed
reminiscēdo recognoscere: nec vero fieri ul-
lo modo posse, vt à pueris tot rerum, atque
tantarum insitas, & quasi consignatas in ani-
mis notiones (quas ἐννοίας vocant) habere-
mus, nisi animus antequā corpus intrasset,
in rerum cognitione viguisse. Quāmq; ni-
hil esset, vt omnibus locis à Platone diser-
tur (nihil enim ille putat esse quod oriatur,
& intereat: idq; solum esse, quod semper ta-
le sit, qualem Ideam appellat ille: nos speciē)
non potuit animus hoc in corpore inclusus
agnoscere, cognita attulit. Ex quo tā mul-
tarum rerum cognitionis admiratio tollitur.

TVSCVL. QVÆST.

Neq; ea plane videt animus, quum repente
in tam insolitum, tamq; perturbatum do-
micum immigravit: sed quum se collegit,
atq; recreavit, cum agnoscit ea reminiscédo.
Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. Ego
autem maiore etiam quodam modo memo-
riam admiror. Quid est enim illud, quo me-
minimus, aut quam habet vim, aut vnde na-
turam? Non quæro quanta memoria Simo-
nides fuisse dicatur, quâta Theodectes, quâ-
ta is, qui à Pyrrho legatus ad Senatum est
missus Cyneas, quanta nuper Carneades,
quanta qui modo fuit Sceptius Metrodo-
rus, quanta noster Hortensius: de communi
omnium memoria loquor, & eorum maxi-
mè, qui ni aliquo maiore studio, & arte ver-
santur, quorum quanta mens sit difficile es-
existimare, ita multa meminerunt. Quorsū
igitur hæc spectat oratio? Quæ sit illa vis, &
vnde sit intelligendum puto. Non est certè
nec cordis, nec sanguinis, nec ceribri, nec ato-
morum. Anima sit animus, ignisue, nes-
tio: nec me pudet (vt istos) fateri nescire,
quod nesciam. Illud si vlla alia de re obscu-
ra affirmare possem, siue anima, siue ignis
sit animus, eum iurarem esse diuinum. Quid
enim obsecro te, terræ tibi, aut hoc nebu-
loso,

Ioso, & caliginoso cœlo, aut fata, aut concre-
ra videtur tāta vis memoriæ? Si, quid sit hoc
non vides: at quale sit, vides: si ne id quidē,
at quantum sit profecto vides. Quid igitur?
Vtrum capacitatem aliquam in animo puta-
mus esse, quo tanquam in aliquod vas ea,
quæ meminimus infundātur? Absurdum id
quidem: qui enim fundus, aut quæ talis ani-
mi figura intelligi potest, aut quæ tauta om-
nino capacitas? An imprimi quasi cerām an-
mū putamus, & memoriam esse signatarū
rerū in mēte vestigia? Quæ posūt verborū,
quæ rerū ipsarū esse vestigia? Quæ porro tā i-
mēla magnitudo, quæ illa tā multa possit ef-
fingere? Quid illa vis, quæ tandem est, quæ in-
vestigat oculta, quæ inuentio, atq; excogita-
tio dicitur? Ex hac ne tibi terrena, mortaliq;
natura, & caduca, concreta ea videtur? Aut
qui primus, quod summæ sapientiæ Pytha-
goræ visum est, omnibus rebus imposuit no-
mina? Aut qui dissipatos homines congrega-
uit, & ad societatem vitæ conuocauit: Aut
qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, pau-
cis literarū notis terminauit: Aut qui erran-
tiū stellarum motus, progresiones, institu-
tionesq; notauit: Omnes magni, etiam supe-
riores, qui fruges, qui vestitū, qui tecta, qui

TVSCVL. QVÆST.

cultum vitæ, qui præsidia contra feras inueniuntur, à quibus mansueti, & exulti, à necessarijs artificijs ad elegantiora defluximus. Nam, & auribus oblectatio magna ex parte est innenta, & temperata varietate, & natura sonorum, & astræ suspeximus, tum ea quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo Errantia, quorum conuersiones, omnesq; motus, qui animus vidit, is docuit similem animum suum eius esse, qui ei fabricatus in cœlo esset. Nam quum Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantiū motus in sphæram illigauit, effecit idem, quod ille, qui in Timœo mundum ædificauit Plato nis Deus, ut tarditate, & celeritate dissimilimos motus vna regeret conuersio. Quod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, ne in sphæra quidem eosdem motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari. Mihi vero ne hæc notiora quidem, & illustria, carare vi diuina videntur, ut ego, aut poetam graue, plenumq; Carmen, sine cœlesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine maiore quadam vi fluere abundantem sonantibus verbis, vberibusq; sententijs. Philosophia vero omnium mater artium, quid est aliud, nisi(ut Plato ait)donum;

num, ut ego, inuentum Deorum? Hæc nos
primū ad illorum cultum, deinde ad ius
hominū, quod situm est in generis huma-
ni societate, tum ad modestiam, magnitudi-
nemq; animi erudiuit: eademq; ab animo
tanquā ab oculis caliginem despulit, vt om-
nia supera, infera, prima, vltima, media vide-
remus. Prorsus hæc diuina mihi videtur vis,
quæ tot res efficiat, & rātas? Quid est enim
memoria rerum, & verborum? Quid potro
inuentio? Profecto id quo nec in Deo quic-
quam maius intelligi potest. Non enim am-
brosia deos, aut nectare, aut iuuentate pocu-
la ministranti Iatari arbitror: nec Homerum
audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait
propter formam, vt Ioui pocula ministraret
non iusta causa cur Laomedonti tanta fieret
iniuria. Fingebat hęc Homerus, & humana
ad deos transferebat, diuina mallem ad nos.
Quæ autem diuina? Vigere, sapere, inueni-
re, meminisse. Ergo animus, qui, vt ego dico
diuinus, vt Euripedes audet dicere, Deus est.
Et quidem si Deus, aut anima, aut ignis est:
idem est animus hominis. Nam vt illa natu-
ra cœlestis, & terra vacat, & humore: sic v-
triusq; harū rerū humanus animus est expers.
Sin autem est quinta quædam natura ab A-
risto-

T V S C V L . Q V A E S T .

ristotele inducta, primum hæc, & Deorū est,
& animornm. Hanc nos sententiam secuti,
his ipsis verbis in consolatione hæc expressi
mus. Animorum nulla in terris origo inueni
ri potest. Nihil enim est in animis mixtū, at
q; cōcretū aut quod ex terra natū, atq; fictū
esse videatur: nihil ne, aut humidū quidē, aut
stabile, aut igneum. His enim in naturis nihil
inest quod vim mēmoriæ, mentis, cogitatio
nis habeat, quod, & præterita teneat, & fu
tura prouideat, & complecti possit præsen
tia, que sola diuina sunt: nec inuenietur vñ
quam, vnde ad hominem venire possint: ni
si à Dœ. Singularis est igitur quædam natu
ra, atq; vis animi, seiuuncta ab his vfitatis, no
tisq; naturis. Ita quicquid est illud quod sē
tit, quod sapit, quid vult, quod viget cœlestē
& diuinum est: ob eamq; rem æternum sit
necessæ est. Nec vero Deus ipse, qui intelligi
tur à nobis alio modo intelligi potest, nisi
mens soluta, quædam, & libera, segregata
ab omni concretione mortali, omnia sentiēs
& mouēs, ipsaq; prædicta motu sempiterno.
Hoc è genere, atq; eadē è natura est huma
na mens. Vbi igitur, aut qualis est ista mens?
Vbi tua, aut qualis, potesne dicere? An si ó
nia ad intelligendum non habeo qua habe
go

te, vellem, ne ijs quidē quę habeo mihi per
te uti licebit? Non valet tantum animus, vt
se ipsum ipse videat: at, vt oculus, sic animus
se ipsum non videns alia cernit. Non videt
autem quod minimum est formam suam
fortasse, quāquā id quoque. Sed relinquam⁹:
vim certe, sagacitatē, memoriā motū, celeritatē,
videt. Hæc magna hæc diuina, hæc
sempiterna sunt. Qua fecie quidem sit, aut
vbi habitat, ne querendum quidem est: vt
quum videmus speciem primum, candorē
que cœli, deinde conuersionis celeritatem
tantam, quantam cogitare non possumus,
tum vecissitudines dierum, atq; noctium,
commutationesq; temporum quadriparti-
tas ad maturitatem frugum, & ad tempera-
tionem corporum aptas, eorumq; omnipium
moderatorē, & ducem Solem, Lunamque
accretionē, & diminutione luminis, quasi
factorum notantem, & significantem dies.
Tum in eodem in orbe in XII. Partes distri-
buto quinq; stellas ferri, eosdem cursus cō-
stantissime seruātes, disparibus inter se mo-
tibus, uocurnamq; cœli formam, vndique
syderibus ornatam. Tum globum terrę emi-
nentem ē mari fixum in medio mundi uni-
uersi loco, duabus oris distantibus habitabi-
lem.

T VSCV L. QVÆST:

Iem, & cultum. Quarum altera, quam nos
incolimus, sub axe posita ad stellas septem
vnde.

Horrifer Æquilonis stridor gelidas mol-
les vniuersitatem:

Altera australis ignota nobis, quam vocant
Græci τάξονα. Cæteras partes incultas quod
aut frigore rigeant, ut vrantur calore. Hic au-
tem ubi habitamus, non intermitti suo tem-
pore.

Cælum nitescere, arbores frondescere,
Vites latificæ pampinis pubescere,
Ramos baccarum vberitate incurvescere,
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere, herbis prata conuestirier.

Tum multitudinem pecudū partim ad ves-
tendum, partim ad cultus agrorū, partim
ad vehendum, partim ad corpora vlestienda:
hominemq; ipsum, quasi contemptatorem
cæli, ac deorum, ipsorumque cultorem, atq;
hominis vtilitati agros omnes, & maria pa-
rentia. Hæc igitur, & alia innumerabilia quū
cernimus, possumusne dubitare, quin his
præsit aliquis, vel effector, si hæc nata sunt,
ut Platonii videtur, vel si semper fuerint, ut
Aristoteli placet, moderator tanti operis, &
muneris? Sic mentem hominis, quanvis eā

non videoas, ut Deum non vides, tamen, ut
Deum agnoscis ex operibus eius: sic ex me-
moria rerum: & inuentione, & celeritate mo-
tus, omniqz pulchritudine virtutis, vim di-
vinam mentis agnoscito. In quo igitur loco
est? Credo equidem in capite, & cur credam
afferre possum, sed de hoc alias: nunc vbi
vbi sit animus, certe quidem in te est. Quae
est ei natura? Propria puto, & sua. Sed fac ig-
neam, fac spirabilem, nihil ad id, de quo agi-
mus: illud modo videto, ut Deum noris, &
si eius ignores, & locum, & faciem, sic ani-
mum tibi tuum notum esse oportere, etiam
si ignores, & locum, & formam. In animi
autem cognitione dubitare non possumus,
nisi plane in physicis plumbi sumus, quin
nihil sit animis admixtum, nihil concretum
nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil
duplex, quod quum ita sit, certe nec secer-
ni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi po-
test, nec interire igitur. Est enim interitus
quasi discessus, & secretio, ac direptus earum
partium, quae ante interitum iunctione ali-
qua tenebantur. His, & talibus adductus So-
crates, nec patronum quæsivit ad iudicium
capitis: nec iudicibus supplex fuit, adhibui
que liberam contumaciam à magnitudine
animi

T V S C V L . Q V A E S T .

animi inductam non à superbia. Et supremo
vitæ die de hoc ipso multa disseruit, & quū
paucis ante diebus, quum facile posset edu-
ci è custodia, noluit. Et quum pene in manu
iam mortiferum illud teneret poculum, lo-
quutus ita est, ut non ad mortem trudi, ve-
rum in cœlum videretur ascēdere. Ita enim
censebat, itaq; disseruit duas esse vias, dupli-
cesq; cursus animorum è corpore exceden-
tiū. Nam qui se humanis vitijs contaminaſ-
sent, & se totos libidinibus dedidissent, qui-
bus cæcati: velut domesticis vitijs atq; flagi-
tijs se inquinauissent, vel in Republica vio-
landa fraudes inexpiabiles concepissent: ijs
denium quoddam iter esse seclusum à con-
cilio deorum. Qui autem se integros, castos
que seruauissent, quibusque fuisse minimæ
cum corporibus contagio, seseq; ab his sem-
per seuocassent, essentq; in corporibus hu-
manis vitam imitati Deorum, his ad illos,
à quibus essent profecti, redditū facilem pate-
re! Itaq; commemorat, ut Cygni, qui non si-
ne causa Apollini dicati sunt, sed quod ab
eō diminutionem habere videantur, qua pro-
uidentes quid in morte boni sunt, cū cantu,
& voluptate moriantur: sic omnibus, & bo-
nis, & doctis esse faciendū. Nec vero de hoc
quis-

quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod saepe ijs vsu venit, qui quū acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent: sic mentis acies se ipsam intuentes, nonnunquam hebescit: ob eamq; causam contemplandi diligentiam amittimus. Itaq; dubitans, circumspectans, hæsitans, multa aduersa revertens, tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. Sed hæc, & vetera, & à Græcis. Cato autem sic abiit è vita, vt causam moriendi nactum se esse gauderet. Vt etiam dominas ille in nobis Deus in iussu hinc nos suo demigra-
te. Quum vero causam iustum Deus ipse de-
cerit, vt tunc Socrati, nunc Catoni, saepe mul-
tis, næ ille medius fiditis vir sapiens latus ex
his tenebris in lucem illam excesserit. Nec
tamē illa vincula carceris ruperit, leges enim
vetant, sed tanquam à magistratu, aut ab aliis
qua potestate legitima, sic à Deo euocatus,
atq; emissus, exierit. Tota enim philosophio-
rum vita (vt ait idem) commentatio mortis
est. Nam quid aliud agimus, quū à volupta-
te, id est à corpore quū à re familiaris, quæ est
ministra, & famula corporis, quū à Republ.
quū à negotio omni scuocamus animū?

Quid

TVSCVL. QVÆST.

Quid inquām, tūm agimus, nīsi animū ad se
ipsū aduocamus, secū esse cogimus, maxi-
meqz à corpore abducimus? Secernere au-
tē à corpore animū ne quicquā aliud estquā
emori discere: quare hoc cōmētemur, mi-
hi crede, disiūgamusqz nos à corporibus id
est, cōsuescāmus mori. Hoc, & dū erimus in
terris, erit illi cœlesti vita simile, & quū il-
luc, ex his vinculis emissi, feremur, minus
tardabitur cursus animorū. (Nā qui in cōpe-
dibus corporis sēper fuerūt, etiā quū soluti
sunt tardius ingrediūt, vt hi, qui ferro vin-
eti multos annos fuerūt) quo quū veneri-
mus, tū deniqz viuemus. Nā hēc quidē vita
mors est, quā lamentari possē, si liberet. A.
Satis tu quidem in cōsolationes es lamēta-
tus, quā quū lego, nihil malo, quā has res re-
linquere, his vero auditis, multo magis. M.
Veniet tēpus, & quidē celeriter, & siue retrā-
ctabis, siue properabis (volat enim ætas) tan-
tū autem abest ab eo, vt malū mors sit, quod
tibi dudū videbatur, vt verear, ne homini nī
hil sit non malū aliud certe, sed nihil bonū
aliud potius siquidem vel Dij ipsi, vel cum
Dijs futuri sumus. A. Quid refert? Ad sunt
enim qui hēc non probent. M. Ego autem
nunquam ita te in hoc sermone dimittam

villa uti ratione , vt mors tibi videri malum quidem possit. A. Qui potest quum ista cog nouerim? M. Qui possit rogas? Cateruæ ve niunt contra dicentium , nec iolum Epicureorum , quos equidem non despicio , sed nescio quomodo doctissimus quisque contemnit , acerrime autem deliciae meæ Dicæarchus contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit , qui Lesbiaci vocantur , quod Metylinis sermo habetur , in quibus vult efficiere animos esse mortales. Stoici autem usuram nobis largiuntur , tanquam cornicibus . diu mansuros aiunt animos : semper , negant. Num igitur audire , cur etiam si ita sic , mors tamen non sit in animalis? A. Ut videtur : sed me nemus de immortalitate depellet . M. Laudo id quidem , & si nihil nimis oportet confidere. Mouemur enim sape aliquo acute concluso , labamus , mutamusque sententiam clarioribus in rebus. Id enim est aliqua obscuritas . Id igitur si acciderit : simus armati. A. Sane quidem , sed ne accidat prouidebo. M. Nunquid igitur est causæ , quin amicos nostros Stoicos dimicamus? Eos dico , qui aiunt animos remanere , è corpore quin excesserint , sed non semper. Itos vero , qui

TVSCVL. QVÆST.

quod tota in hac causa difficilimum est, suscipiant posse animum manere corpore vacantem : illud autem quod non modo facile ad credendum est, sed eo concesso quod volunt consequens, id certè non dant, ut quum diu permanserit, ne intereat. A. Bene reprehendis, & se isto modo res habet. M. Credamus igitur Panætio à Platone suo dissentienti. Quem enim omnibus locis diuinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc vnam sententiam, de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quicquid natum sit interire: nasci autem animos, quod declarat eorum similitudo qui procreantur, quæ etiam in ingenij, non solum in corporibus appareat. Alteram autem assert rationem, nihil esse quum doleat, quin id agrum esse quoque possit: quod autem in mortuum cadat, id etiam interitum: dolere autem animos, ergo, & interire. Hæc refelli possunt. Sunt enim ignorantis, quum de æternitate animorum dicatur, de mente dici, quæ omni turbido motu semper vacet, non de partibus ijs, in quibus ægritudines, iræ, libidinesque versentur: quas is, contra quem hæc dicant-

dicantur semotas à mente, & disclusas putat. Nam similitudo magis apparet in bestijs, quatuor animi sunt rationis expertes, hominum autem similitudo in corporum figura magis extat: & ipsi animi, magni refert quali in corpore locati sint. Multa enim è corpore existunt, quæ actuant mentem, multa, quæ obtundant. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non molestè fecram: enumerat multos, idque quasi constet, rationem cur ita fiat, affert. Quòd si tanta vis est ad habitum mentis in ijs, quæ gigantur in corpore (ea sunt autem quæcumque sunt, quæ similitudinem faciant) nihil necessitatis affert, cur nascatur animi similitudo. Ommitto similitudines: vellem adesse posset Panætius, vixit cum Aphricanoi quærerem ex eo, cuius suorum similis fuisset Aphricani fratri nepos: facie, patris vita, omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus. Cuius etiam similis P. Crassi sapientis, & eloquentis, & primi hominis nepos, multorumque aliorum clarorum virorum, quos nihil attinet nominare, nepotes, & filij. Sed quid agimus? Obliti ne sumus hoc nunc nobis esse propositum, quæ

TVSCVL. QVÆ ST.

satis de æternitatis dixerimus, ne , si interi-
rent quidem animi , quicquam mali esse in
morte ? A. Ego vero memineram , sed te
de æternitate dicentem aberrare proposito
faciliè patiebar. M . Video te alta spectare, &
velle in celum migrare . A . Spero fore , ut
contingat id nobis , sed fac , ut isti volunt,
animos non remanere post mortem: video
nos , si ita sit , priuari spe beatoris vitæ . M.
Mali vero quid affert ista sententia? Fac enim
animum sic interire , ut corpus:num igitur
aliquis dolor , aut omnino post mortem sen-
sus in corpore est? Nemo id quidem dicit,
& si Democritum insimulat Epicurus , De-
mocritiici negant:ne in animo quidem igi-
tur sensus remanet , ipse enim nusquam est.
Vbi igitur malum est? Quoniam nihil ter-
tium. An quoniam ipse animi discessus à cor-
pore non sit sine dolore? Ut credam ita esse ,
quam est id exiguum : & falsum esse aibi-
tror , & sit plerumque sine sensu , non nun-
quam etiam cum voluptate , totumque
hoc leue est qualecunque est: sit enim ad
punctum temporis. Illud angit , vel potius
excruciat , discessus ab omnibus ijs , quæ sūt
bona in vita. Vide ne à malis dici verius pos-
sit. Quid ego nunc lugeam vitam homi-
num?

num? vere, & iuste possum. Sed quid necesse est, quum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miseriorem? Fecimus hoc in eo libro, in quo nosmetipsos, quantum potuimus: consolati sumus. A malis igitur mors abducit, non à bonis. Verum si quærimus, hoc quidem à Cyrenaico Hegesia sic copiosè disputatur, ut is à Rege Ptolemaeo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi his auditis mortem sibi ipsi conciscerent. Callimachi quidē epigramma in Ambraciotam Cleombrotū est, quem ait, quum nihil ei accidisset aduersi: ē muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro. Eius autem quemdixit Hegesia liber est ἀποκατεργων, quod à vita quidam per inediā discedens, reuocatur ab amicis, quibus respondens, vitæ humanæ enumerat incommoda. Possem id facere, & si minus quam ille, qui omnino vivere expedire nemini putat. Mitto alios, etiam ne nobis expedit, qui, & domesticis, & forensibus solatijs, ornamentijs priuati certe si antè occidillemus, mors nos à malis, non à bonis abstraxisset. Si igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullum à fortuna vulnus acceperit. Metellus ille ho-

T V S C V L . Q VÆ S T :

moratus quatuor filijs, at quinquaginta Priamus, quibus decem, & septem iusta uxore natis, in utroque eandem habuit fortuna potestatem, sed usq[ue] in alterio est. Metellum enim multi filij, filiae, nepotes, neptes in rugum imposuerunt. Priamum autem tanta progenie orbatum, quum in aram confugisset, & hostilis manus interemit. Hic si viuis filijs, incolumi regno occidisset,

Astante ope barbarica.

Tectis cælatis, lagucatis,

Utrum tandem à bonis, an à malis discessisset? Tum profecto videretur à bonis. At certè ei melius euenisset, nec tam flebiliter illa canerentur,

Hec omnia vidi inflammari,

Priami vi vitam cuitari,

Iouis aram sanguine turpari.

Quasi verò ista, vel quicquam tum potuerit ei melius accidere: quod si antè occidisset, tamen euentum omnino amisisset, hoc autem tempore sensum malorum amisit. Pompeio nostro familiari quum grauiter ægrotaret Neapoli; melius est factum. Coronati Neapolitani fuerunt, nimirum etiam Puteo Jani, vulgo ex oppidis publicè gratulabantur: ineptum sanè negotium, & Græculum,

sed

sed tamen fortunatum. Vtrum igitur si tú
esset extinctus, à bonis rebus, an à malis dis-
cessisset? Certè à miseris. Non enim cum
socero bellum gessisset, non imparatus arma
sumpisset, non domum reliquisset, non
ex Italia fugisset, nō exercitu amissso nudus
in seruorum ferrum, & manus incedisset:
non liberi defleti, non fortunę omnes à vi-
ctoribus possiderentur. Qui si mortem tum
obisset, in amplissimis fortunis occidisset: is
propagatione vitæ, quot, quantas, quām in-
credibiles hausit calamitates? Hæc morte
effugiuntur, etiam si non euenerint, tamen
quia possunt euenire. Sed homines ea sibi
accidere posse non cogitant, Metelli sperat
sibi quisque fortunam: proinde quasi, aut
plures fortunati sint, quām infelices, aut cer-
ti quicquam sit in rebus humanis, aut spera-
re sit prudentius, quā timere. Sed hoc ipsū
concedatur, bonis rebus homines morte pri-
uari: ergo etiam carere mortuos virtę com-
modis, idqz esse miserum certè ita dicant
necessere est. An potest is, qui non est, revlla
carere? Triste enim est nomen ipsū carendi:
quia subiicitur hæc vis, habuit, non haber,
desiderat, requirit, indiget. Opinor hæc in-
comoda sunt carentis: caret oculis, odiosa

TVSCVL. QVÆST.

cæcitas , liberis, orbitas: valet hoc in viuis.
mortuorum autem non vitæ modò cōmo-
dis, sed ne vita quidem ipsa quisquam ca-
ret; de mortuis loquor, qui nulli sunt. Nos
qui sumus : num , aut si cornibus caremus,
aut pennis , sit qui id dixerit ? Certè nemo,
Quid ita ? Quia quum id non habes, quod
tibi, nec vñi nec natura aptum sit , non ca-
reas, etiam si sentias te non habere. Hoc pre-
mendum , etiam , atque etiam est arguen-
dum , confirmato illo , de quo , si mortales
animi sunt , dubitare non possumus, quin
tantis interitus in morte sit, vt ne minima
quidem suspicio sensus relinquatur. Hoc igi-
tur probē slabilo , & fixo , illud excutien-
dum est , vt sciatur, quid sit carere: ne relin-
quatur aliquid erroris in verbo. Carere igi-
rur hoc significat egere eo, quod habere ve-
lis : inest enim velle in carendo , nisi quum
sic tanquam in febri dicitur, alia quadam no-
tione verbi. Dicitur enim alio modo etiam
carere, quum aliquid non habeas, & non ha-
bere te sentias, etiam si id facile patiate. Ca-
rere enim in morte non dicitur: non enim
esset dolendum. Dicitur illud bono care-
re, quod est malū : sed ne viuus quidē bono
caret, si co non indiger sed in viuo intelligit
tamen

tamen potest , regno carere . Dici autem
hoc in te satis subtiliter non potest , posset
in Tarquinio , quū regno esset expulsus : ac
in mortuo ne intelligi quidem potest . Care-
re enim sentientis est , nec sensus in mortuo
est , ne carere quidem igitur in mortuo est .
Quanquam quid opus est in hoc philoso-
phari , quum rem non magnopere egere phi-
losophia videamus ? Quoties non modo
ductores nostri , sed vniuersi etiam exerci-
tus ad non dubiam mortem concurreton ?
quæ quidem si timeretur , non Lucius Bru-
tus arcens eum reditu tyrannum , quem ipse
expulerat , in prælio concidisset . Non cum
Latinis decertans pater Decius , cum He-
ruscis filius , etiam cum Pyrrho nepos , se ho-
rium telis obiecissent . Non uno bello pro
patria cadentes Scipiones Hispania vidisset ,
Paulum Æmilium Cannæ , Venusia Marcel-
lum , Latini Albinum , Lucani Gracchum .
Num quis horum miser hodie ? Ne tum qui
dem post spiritum extremum . Nec enim
potest esse miser quisquam sensu peremp-
to . A . At id ipsum odiosum est , sine sensu
esse . M . Odiosum , si id esset carere . Quum
vero perspicuum sit , nihil posse in eo esse ,
qui ipse non sit ; quid potest esse in eo odio-
sum ,

TVSCVL. QVÆST.

sum, qui nec careat, nec sentiat? Quanquam
hoc quidem nimis sepe, sed eō, quod in hoc
inest omnis animi contractio ex metu mor-
tis. Qui enim satis viderit, id quod est luce
elatius, animo, & corpore consumpto, toto
que animante delecto, & factō interitu vni
uerso, illud animal, quod fuerit factum, esse
nihil: is plane perspiciet inter Hippocen-
taurum, qui nunquam fuerit, & Regem
Agamemnonem, nihil interesse: nec pluris
nunc facere Marcum Camillum hoc ciuile
bellum, quam illo viuo ego fecerim Romā
captam. Cur igitur, & Camillus doloreret, si
hic post trecentos, & quinquaginta fere
annos euentura putaret? & ego doleam, si
ad decem millia annorum gentem aliquā
urbem nostram potituram putem? Quia
tanta charitas patriæ est, ut eam non sensu
nostro, sed salute ipsius metiamur. Itaque
non deterret sapientem mors, quæ propter
incertos casus quotidie imminet, & prop-
ter breuitatem vite nunquam longè potest
abesse, quo minus in omne tempus Rei pu-
blicæ, suisque consulat, & posteritatem ipsā,
cuius sensum habiturus non sit ad se putet
pertinere. Quare licet etiam mortalem esse
animum iudicantem, æterna moliri non glo-
ria

ria cupiditate , quam sensurus non sit, sed
virtutis, quam necessario gloria, etiam si tu
id non agas, consequatur. Natura vero sic se
habet : ut quomodo initium nobis rerum
omnium ortus noste afferat, sic exitu mors
& ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic
nihil post mortem pertinebit. In quo quid
potest esse malum , quum mors nec ad viuos
pertineat, nec ad mortuos? Alteri nulli sunt
alteros non attingit . Quam qui leuiorem
faciunt, somni simillimam volunt esse: qua-
si vero quisquam ita nonaginta annos velit.
vivere, ut quum sexaginta confecerit, reli-
quos dormiat. Ne sues quidem id velint, no-
modo ipse. Endymion vero, si fabulas audi-
volumus , nescio quando in Latino obdor-
muit, qui est mons Cariæ non dum opinor
experrectus. Num igitur eum curare censes,
quum Luna laboreat , à qua consopitus puta-
tur, ut eum dormientem oscularetur? Quid
curet autem , qui ne sentit quidem? Habes
somnum imaginem mortis , etiamque quo-
tidie induis: & dubitas quin sensus in mor-
te nullus sit, quum in eius simulachro videoas
esse nullum sensum ? Pellantur ergo iste
ineptiæ penè aniles, ante tempus mori mi-
serum esse. Quod tandem tempus ? Natu-
ræ?

T U S C V L . Q V A E S T .

rene? At ea quidem dedit usuram vitæ tan-
quam pecunia, nulla præstituta die. Quid
est igitur quod querare, si repetit quā vult?
Ea enim conditione acceperas. Idem si puer
parvus occidit, a quo animo ferendum pu-
tant: si vero in cunis, ne querendum quidē:
atqui ab hoc acerbius exigit natura quod
dederat. Non dum gustauerat, inquiunt,
vitæ suavitatem hic autē iam sperabat mag-
na, quibus frui cœperat. At id quidem ipsū
in cæteris rebus melius putatur, aliquam
partem, quam nullam attingere: cur in vi-
ta secus? Quanquam non malè ait Callima-
chus, multo sepius lacrymæsse Priamum
quam Troilum. Eorum autem, qui exacta
etate moriuntur, fortuna laudatur. Cur?
Nam (reor) nullis, si vita longior daretur,
posset esse iucundior: nihil est enim profe-
cto homini prudentia dulciss, quam, ut cæ-
tera auferat, assert certè senectus. Quæ ve-
ro ætas longa est? Aut quid omnino homi-
ni longum? Nonne modo pueros, modo
adolescentes in cursu a tergo insequens, nec
opinanteis assequuta est senectus? Sed quia
ultra nihil habemus, hoc longum ducimus.
Omnia ista perinde, ut cuique data sunt pro-
rata parte à vita, longa, aut brevia dicun-
tur.

tur. Apud Hypanin fluvium, qui ab Europa parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Ex his igitur hora VIII. Quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ vero occidente Sole, degenerata, et magis si etiam solstitiali die. Conficit nostram longissimam ætatem cum aeternitate, in eadem propemodum breuitate, qua illa bestiola recuperemur. Contemnamus igitur omnes inceptias (quod enim levius huic leuitati non imponam:) Totamque vim bene vivendi in animi robore, ac magnitudine, ut in omnium rerum humanarum contemplatione, ac despicientia, & in omni virtute ponamus. Nam num quidem cogitationibus molestissimis effeminamur: ut si ante mors aduentet, quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi, destitutiique videamur. Qued si expectando, & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur, pro dij iminer tales quam illud iter iucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicudo futura sit? Quam me delectat Theramenes, quamque elato animo est: Etsi enim fiesmus quum legimus, tamen non miserabili-

TVSCVL. QVÆ ST.

ter vir clarus emoritur, qui quum coniectus
in carcerem, triginta iussu tyranorum véné-
num, vt siciens obduxisset, teliuum sic é-
poculo eiecit, vt id resonaret. Quo sonitu
reddito arridens, Propino, inquit, hoc pul-
chro Critiae: qui in eum fuerat teterrimus.
Græci enim in conuiuijs solent nominare,
cui poculum tradituri sunt. Lusit vir egre-
gius extremo spiritu, quum iam præcordijs
conceptam mortem contineret. Vereque et,
qui venenum prebuerat, mortem est eam
auguratus, quæ brevi cōsecuta est. Quis hāc
animi maximi æquitatem in ipsa morte lau-
daret, si mortem malum iudicaret: Vadit in
eundem carcerem, atque in eundem paucis
post annis scyphum Socrates eodem scele-
te iudicium, quo tyranorum Theramenes.
Quæ est igitur eius oratio, qua facit eum Pla-
to vñum apud iudices iam morte mulctatū:
Magna me, inquit, spes tenet, iudices, be-
ne mihi euenire quod mittar ad mortem. Ne
esse est enim sit alterum de duobus, vt aut
sensus omnino mors omneis auferat, aut in
alium quendam locum ex his locis morte
migretur. Quamobrem, siue sensus extin-
guitur, morsque ei somno similis est, qui nō
nunquam etiam sine viis somniorum pla-

catissimam, quietem affert, dij boni quid lu-
cri est emori: Aut quam multi dies reperi-
ti possunt qui tali nocti anteponantur: Cui
similis futura est perpetuitas cunctis conse-
quentis temporis, quis me beatior: Sin vera
sunt, quae dicuntur, migrationem esse mor-
tem in eas horas, quas qui è vita excesserunt,
incolunt, id multo iam beatus est, te, quum
ab ijs, qui se iudicium numero habeti velut,
euaseris ad eos venire, qui verè iudicis ap-
pellentur, Minoem, Rhadamanthum, Acacū
Triptolemum: conuenire que eos, qui iusti,
& cum fide vixerint. Hæc perigrinatio me
driocris vobis videri potest: Ut vero collo-
qui cum Orpheo, Musa o, Homero, Hesio-
do liceat, quanti tandem astimatis: Evidē
sa pe emori, si fieri posset, vellem, ut ea, quae
dico mihi licet et inuenite. Quanta delecta-
tione autem afficeret, quum Palamedem,
quum Aiacem, quum alios iudicio iniquo-
rum circumuentos conuenire: Tentatem
etiam summi Regis, qui maximas copias du-
xit ad Troiam, & Vlyssis, Sisyphique pru-
dentiam, Nec ob eam rem, quum hæc ex qui-
terem, sicut hic faciebam capite, damnareret:
Ne vos quidem iudices ij, qui me absclusis
mortem timueritis, Nec enim, cuicunq; bo-

TVSCVL. QVÆST.

no mali quicquam euenire potest nec viuo,
nec mortuo, nec vñquam eius res à dijs im-
mortalibus negligentur, nec mihi ipsi hoc
accidit fortuito. Nec vero ijs à quibus accu-
satus sum, aut à quibus condemnatus, ha-
beo quod succensem, nisi quod mihi noce-
re se crediderunt. Et hoc quidem hoc mo-
do, nihil autem melius aestimo. Sed tempus
est, inquit, iam hinc abire me ut moriar, vos,
ut vitam agatis. Vtrum autem sit melius dij
immortales sciunt, hominē quidē scire ar-
bitror neminem. Ne ego, haud paulo hunc
animū malim, quā corū óniū fortunas, qui
de hoc iudicauere. Et si quod præter deos
negat scire quenquā, id scit ipse vtrū melius
sit, nā dixit antē: sed suū illud, nihil, ut af-
firmet, tenet ad extremū. Nos autē teneam⁹
vt nihil cēseamus esse malū, quod sit à natu-
tura datū omniaib⁹: intelligamusq; si mors
malū sit, esse sempiternū malū. Nā vitę misé-
ræ mors finis esse videtur: mors si est misera,
finis esse nullus potest. Sed quid ego Socratē
aut Theramenē, præstātes viros virtutis, &
sapiētiæ gloria cōmemoro? Quū Lacedēmo-
nius quidā, cuius ne nomē quidē proditū est
mortē tātopere cōtēpserit, vt quū ad eā du-
ceretur, damnatus ab Ephoris, & esset vñtu-
hila-

hilati, atq; Iæto, dixissetq; ei quidam inimicos, contemnisne leges Lycurgi? Respōderet
ego vero illi maximā gratiā habeo, quod me
ea pœna multauerit, quā sine mutuatione,
& sine versura possē dissoluere. O virū Spar-
ta dignū, vt mihi quidē qui tā magno ani-
mo fuerit, innocens dānatus esse videatur.
Tales innumerabiles nostra ciuitas tuit. Sed
quid duces, & principes nominem? Quū le-
giones scribat Cato sape alacres in eū locū
profectas, vnde radituras se nō arbitrarētui?
Pari animo Lacedæmonij in Termopylis oc-
ciderūt. In quos Simonides,

Dichospes Spartæ, nos te h̄ic vidisse iacētes

Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Quid ille dux Leonidas dixit? Pergite ani-
mo forti Lacedæmonij, hodie apud inferos
fortasse cœnabimus. Fuid hæc gens fortis, dū
Lycurgi leges vigebant. E quibus vñus, quū
Perses hostis in colloquio dixisset glorians,
Solē præ iaculorū multitudine, & sagittarū
nō videbitis: in umbra igitur, inquit, pugna-
bimus. Viros cōmemoro. Qualis tandem La-
cena, quæ quū filiū in præliū misisset, & in-
terfectū audisset: Idcirco, inquit, genuerā, ve-
esseret qui pro patria mortē nō dubitaret oc-
cubere. Eito fortis, & dñi Spartiatæ, magnā

TVSCVL. QVÆST.

habet vim Reip. disciplina. Quid Cyrenæū
Theodorū philosophū non ignobilē, nōnne
miramur? Cui quū Lysimachus Rex crucē
minaretur, istis quæso, inquit, ista horrilia
mimitare purpuratis tuis: Theodori quidē nī
hil interest humine, an sublimè putrefacat. Cu
ius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de
humatione, & sepultura dicēdū existimem,
rē nō difficultē, his præserim cognitiis, quæ de
nihil sētiēdo paulō antē dicta sūt, de qua So
crates quidē quid sēserit, appareret in eo libro
in quo moritur, de quo iā tā multa diximus.
Quū enim de immortalitate animorū dispu
tauisset, & iā moriēdi tēpus vrgeret, rogatus
à Critone, quēadmodū sepeliri, vellet: Mol
tā verò, inquit, operā amici frustra consūpsi.
Critoni enim nostro non persuasi me hinc a
uolaturū, neqz quicquā me relieturū. Verū
tamē Crito si me assequi potueris, aut sicubī
nactus eris, vt tibi videbitur, sepelito. Sed mī
hi crede, nemo me vestrum quū hinc exces
sero, cōsequetur. Præclarē id quidē, qui, & a
mico permiserit, & se ostenderit de hoc toto
genere nihil laborare. Durior Diogenes, &
id quidē sētiēs, sed, vt Cynicus asperius, pro
ijci se iusit inhumatū. Tū amici, volucribus
ne, & feris? Minimè verò, inquit, sed bacillū
prope

prope me, quo abigā, ponitote. Qui poteris:
 Illi, nō enim sēties. Quid igitur mihi ferarū
 Ianiatus oberit nihil sētiēti? Præclarè Anaxa-
 goras, qui quū Lāpsaci moreretur, qua rēti-
 bus amicis, velletnè Clazomenas in patriā, si
 quid accedisset, afferri: Nihil necesse est, in-
 quir, vndiqz enim ad inferos tātūdē vię est.
 Totāqz de ratione humationis ynū tenēdū
 est, ad corpus illā pertinere, siue occiderit a-
 nimus, siue vigeat. In corpore autem perspi-
 cū est, ve extinto animo, vel elapso, nul-
 lū residere sēsū. Sed plena errorū sunt ónia.
 Trahit Hectorē ad currū religatiū Achiles,
 lacerari eum, & sentire credo putat ergo hic
 vlciscitur, vt quidē sibi videtur. At illa sicut
 acerbissimam rem mœret,

*Vidi, videre quod me passa ægerrimē,
 Hettorem currū quadrijugo raptarier,*

Quām Hectorē? aut quādiū ille erit Hector
 Melius Accius, & aliquādo sapiēs Achilles,
 Imō enim vero corpus Priamo reddidi, He-
 ctorē abstulī. Nō igitur Hectora traxisti, sed
 corpus, quod fuerat Hectoris. Ecce alias ex-
 oritur è terra, qui matrē dormire non finat,

*Mater te appello, tu quæ curā sōno sus-
 penso leuas,*

Neqz te mei miseret, surget, & sepeliatū.

TVSCVL. QVÆST.

Hæc cū pressis, & flebilibus modis, qui totis
theatris mœsticiā inferāt, concinñtur: diffici-
le est non in eos, qui inhumati sunt miseris
indicare.

Priusquam feræ, volucresque.
Metuit ne laceratis membris, minus bene
vtatur ne combustis, non extimescit.

Heu reliquias semiassē Regis denudatis of-
fibus,

Per terrā sanie dilibutas fœdi diuexarier.
Nō intelligo quid metuat, quū tā bonos sep-
tenarios fudat ad tibiā. Tenēdū est igitur, ni
hil cuiādū esse post mortē, quū multi inimi-
cos etiā mortuos puniñt. Execratur luculē-
tis sanē versibus apud Enniū Thyestes: pri-
mū, vt naufragio pereat Atreus. Duiñ hoc
sanē: talis enim intentus non est sine grati
sensu. Illa inania,

Ipse summis saxis fixus asperis,
Euisceratus latere pendens, saxa aspargēs
tebo,

Sanie, & sanguine atro.
Nō ipsa saxa magis sētu omni vacabant, quā
ille latere pendēs, cui se hic cruciati censem
optare: quā essent dura, si sentire? Nulla sine
sensu sunt. Illud vero perquā inane,

Neque sepulchrū quo recipiat, haleat por-
rum

Bum corporis,

Vbi remissa humana vita corpus requiescat à malis.

Vides quāto hæc in errore versētur. Portū esse corporis, & riquiescere in sepulchro putat mortuū. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filiū, nec docuerit quatenus esset quidque curandū. Sed quid singulorū opiniones ad nimauertā, nationum varios errores perspicere quū liceat? Condione Ägyptij mortuos, & eos domi seruant. Persæ etiā cera circūlitos cōdiunt, ut quā maxime permaneāt diuturna corpora. Magorum mos est nō humare corpora suorū, nisi à feris sint lanata anteā. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos. Nobile autem genus canū illud scim⁹ esse, sed pro sua quisq; facultate parat à quibus lanietur: eamq; optimā illi esse censēt sepulturā. Per multa alia colligit Cryssippus, vt est in öni historiæ curiosus, sed ita tetra sunt quædā, vt ea fugiat, & reformidet oratio. Totus igitur hic locus est contēnendus in nobis, nō negligēdus in nostris, ita tamē, vt mortuorū corpora nihil sétire sentiamus. Quantū autē consuetudini, famæq; dandum sit, id curēt viui, sed ita, vt intelligāt, nihil ad mortuos perti-

TVSCVL. QVÆST.

mere. Sed profecto mors tum æquissimo ani-
mo appetitur, quū suis se laudibus vita occi-
dēs cōsolari potest. Nemo parum diu vixit,
qui virtutis perfectæ perfecto finctus est mu-
nere. Multa mihi ipsi ad mortē tēpestiuā fu-
erūt, quæ vīnā potuissē ebire. Nihil enim iā
acquirebatur: cumulata erant officia vitę cū
fortuna bella restabāt, Quare si ipsa ratio mi-
nus perficiet, ut mortē negligere possumus,
at vita acta perficiat, ut satis, superqz vixisse
videamur, Quanquā enim s̄esus abierit, ta-
mē s̄simis, & proprijs bonis laudis, & gloriæ:
quāvis nō sétiāt: mortui nō carēt. Etsi enim
nihil in se habeat gloria cur evpetatur, tamē
virtutē tanquā umbra sequitur. Verū multi-
tudinis iudicisi de bonis (si quādo est) magis
laudādū est, quā illi ob eā rem beati. Nō pos-
sum autē dicere, quoquomodo hoc accipe-
retur, Lycurgū, Solonē, legū, & publicæ dis-
ciplinæ carere gloria Themistocle, Epaminō-
dā, bellicæ virtutis. Ante enim Salaminā ip-
sam Neptunus obruet, quam Salaminij tro-
phai memoriā, priusqz Bæotia Leuctra tollē-
tur, quā pugnæ Leuctricæ gloria. Multo au-
tē tardius fama Curiū, Fabriciū, Calatinum,
duos Scipiones, duos Africicanos, Maximū,
Marcellū, paulū Catonē, Læliū, innumerabi-
les

biles alios. Quorū similitudinē aliquā qui
arripuerit, nō eā fama populari , sed vera bo-
norū laude metiens, fidenti animo (si ita res
fert) gradietur ad mortē, in qua, aut sumū bo-
nū, aut nullū malū esse cognouimus. Secū-
dis vero suis rebus vollet etiā mori Nō enim
tā cumulus honorū iucudus esse potest, quā
molesta decēsio . Hāc sentētiā significare vī
detur Laconis illa vox, qui quum Rhodius
Diagoras , Olympionices nobilis , vno die
duos filios victores Olympiæ vidisset, acces-
sit ad senē, & gratulatus : Morere Diagora,
inquit: nō enim in ccelū ascēsurus es. Magna
hēc, & nimiū fortasse Græci putāt, vel tū po-
rius putabant. Isq; qui hæc Diagoræ dixit
permagnū existimās tres Olympionicas vna
ē domo prodire, cūctari illū diutius in vita
fortnnæ obiectū inutile putabat ipsi. Ego au-
tē tibi quidē quod satis esset paucis veribis,
vt mihi videbar: respōderā. Confeseras enim
nullo in malo mortuos esse , sed ob eā cau-
sā contēdi, vt plura dicere , quod in deside-
rio, & luctu hæc est cōsolatio maxima. No-
strū enim, & nostra causa suscepū dolorem
modicē ferre debemus, nec, & nosmetipsoſ
amare videamur. Illa suspicio intolerabilī
dolore cruciat, si opinamur eos, quibus orba-

TVSCVL. QVÆST:

ti sumus, esse cum aliquo sensu in ijs malis,
quib⁹ vulgo opinātur. Hāc excutere opinio
nē mihi met radicitus volui, eōq; fui fortasse
longior. A. Tu longior? non mihi quidē prior
enim pars orationis tuæ faciebat, vt mori cu
perem: posterior, vt modo non nollē, modō
nō laborarē. Omni autē ratione illud certē
perfectū est, vt mortē non ducerē in malis.
M. Num igitur etiā rhetorū epilogum desideramus? An iam hāc artem planè relinquimus: A. Tu verō istā ne reliqueris quā sem
per ornasti, & quidē inre. Illa enim te (verū
si loqui volumus) ornauerat. Sed quinā est
iste epilogus? aueo enim audire quicquid est
M. Deorū immortaliū iudicia solēt in scho
lis proferre de morte, nec vero ea fingere ip
si, sed Herodoto autore, alijsq; pluribus. Pri
mū Argiæ sacerdotis, Cleobis, & Biton, fi
lij prædicantur. Nota fabula est. Quū enim
illam ad solemne, & statutum sacrificiū cur
ru vehi ius esset, satis longē ab oppido ad fa
nū, morateturq; iumenta: tunc iuuenes ij,
quos modo nominaui, veste posita corpora
oleo perunxerit, ad iugum accesserunt. Ita
sacerdos aduecta in fanum, quū currus esset
ductus à filijs precata à Dea dicitur, vt illis
prœmium daret pro pietate, quod maximis
homī-

homini dari possit à Deo. Post epulatos cū
matre adolescētes somno se didisse, mane in
uētos esse mortuos. Simili precatione Tro-
phonius, & Agamedes vñ dicūtur: qui quū
Apollini Delphis templū exædifica uisst, ve-
nerātes Deū petierunt mercedē nō paruam
quidem operis, & laboris sui, nihil certi, sed
quod esset optimū homini. Quibus Apollo
se id daturū ostēdit post eius diei diē tertiu:
qui ut illuxit, mortui sunt reperti. Iudicauis-
se Deū dicunt, & tū quidē Deū cui reliqui
Dij cōcessissēt, vt prater ceteros divinaret,
Mortē esse optimū homini. Adfertur etiā de
Sileno fabella quædā, qui quū à Mida cap-
tus esset, hoc ei muneris pro sua missione de-
disse scribitur, docuisse Regē nō nasci, homi-
ni longē optimū esse: proximū autē quāpri-
mum moī. Qua est vñs sententia in Cres-
phonte Euripedes,

*Nam nos decebat cœtus celebrātes domum,
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vita varia reputantes mala:
At qui labores morte finisset graues,
Huc ſones amicos laude, & latitia exequi.
Simile quiddā est in cōsolatione Crantoris.
Ait enim Terieneū quendā Elifiū, qui gra-
uiter filij morte moereret, venisse in Psycho-*

TVSCVL. QVÆST.

mantiū, quærētē, quæ fuisset tantæ calamita
tis causa: huic in tabellis trevis. huiusmodi da
tos versiculos,

*Ignarish homines in vita mentibus errant,
Euthynous potitur fatorum numine lato:
Sic fuīt utilius finiri, ipsique tibique.*

His, & talibus autoribus vñi, confirmat cau
sā rebus à Dijs immortalibus iudicatā. Alci
damus quidā rhetor antiquus in p̄imis no
bilis, scripsit etiā laudationē mortis, quæ con
stat ex enumeratione malorū humanorum,
cui rationes ex, quæ exquisitus à philoso
phis colliguntur, defuerunt, vbertas oratio
nis nō defuit. Claræ vero mortes pro patria
oppetitæ non solū glorioſæ rhetoriibus, sed
etiam beatæ videri solēt. Repetunt ab Erich
theo, cuius etiam filiæ cupidè mortem expe
tiuerunt pro vita ciuium: Codrum qui se in
medios immisit hostes famulari veste, ne pos
set agnosciri, si esset ornatu regio, quod oracu
lam erat datū, si Rex interfectus esset, victi
ees Athenas fore. Menècheus vero non præ
termittitur, qui oraculo edito, largitus est pa
trix suum sanguinē. Iphigenia Aulide duci
se immolandā iubet, vt hostium sanguis eli
ciatur suo. Vehiunt inde ad propria. Harmo
dius in ore, & Aristogiton, Lacedæmonius

Leo-

Leonidas, Thebanus, Epaminondas videntur.
 Nostros non norunt, quos enumerare magnum est, ita sunt multi, quibus videmus optabiles fuisse mortes cum gloria. Quae quum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atque ita velut superiore est loco concionandum, ut homines morte, vel optare incipiatur vel certe timere desistant. Nam si supremus ille dies non extinguentem, sed commutationem assert loci: quid optabilius? Sin autem perimit, ac delet omnino: quid melius, quam in medijs vita laboribus obdormiscere, & ita coniuictus sono consopiri se piterno? Quid si fiat, melior Ennij, quam Solonis oratio. Hic enim noster,

Nemo me lacrymis decoreret, inquit, nec funera fictu.

Faxit.

At vero sapiens ille

Mors mea ne carcat lacrymis, linquamus amicis,

Mororem, ut celebrent funera cum gemitu.
 Nos vero, si quid tale acciderit, ut a Deo denunciatus videatur, ut exeamus est vita, leti, & agentes gratias parcamus, emitteisque nos est custodia, & leuari vinculis arbitremur, ut aut in aeternam, & planeta in nostrorum domum remigemus, aut omni sensu, molestiaque careamus.

Sin

TVSCVL. QVÆST.

Sin autē nihil densificabitur, eō tamen simus
animo, ut horribilē illū diem alijs nobis fau-
stum putemus: nihilque in malis ducamus,
quod sit, vel à Dijs immortalibus, vel à na-
tura parente omnīs cōstitutum. Non enim
temerè, nec fortuitò sati, & creati sumus:
sed profecto fuit quædā vis, quæ generi con-
suleret humano, nec id gigneret, aut aleret,
quod quī exantlauisset omnes labores, tū
incidere in mortis malum sempiternū. Por-
tum potius paratum nobis, & profugium
putemus, quō vtinam velis passis peruehi
liceat. Sin reflantibus ventis reijciemur, ta-
men eōdem paulo tardius referamur neces-
se est. Quod autē omnibus necesse est, id ne
miserum esse vni potest? Habes epilogum,
nequid prætermissum, aut relictum putas.
A. Ego vero, & quidem fecit etiam iste me
epilogus firmiore. M. Optime inquam. Sed
nunc quidem valitudini tribuamus aliquid.
Cras autem, & quot diēs erimus in Tuscu-
lano, agamus hæc: & ea potissimū, quæ
Jeuationem habeant ægritudinum,
formidinum cupiditatū, qui
omni ē Philosophia
est fructus uber
simus.